

ergo in montem iesus: et ibi
sedebat cum discipulis suis.
Erat autem proximum pascha: di-
es festus iudeorum. Cum suble-
uasset ergo oculos iesus. et vi-
disset quia multitudo magna
venit ad eum: dixit ad philip-
pum. Unde ememus panes
ut manducent hi? **H**oc autem
dicebat: temptans eum. Ipse
enim sciebat: quid esset factu-
rus. Respondit ei philippus.
Ducentorum denariorum panes
non sufficiunt eis: ut unusquis-
que modicum quid accipiat. Di-
xit ei unus ex discipulis eius
andreas frater symonis petri
Est puer unus hic: qui habet
quinque panes ordeaceos et
duos pisces. **B**ed hec quid
sunt inter tantos? Dixit ergo
iesus. Facite homines discun-
bere. **E**rat autem fenum multum
in loco. Discubuerunt ergo
viri: numero quasi quique mi-
lia. **A**ccepit ergo iesus panes
et cum gratias egisset distri-
buit discumbentibus. **S**imi-
liter et ex piscibus: quantum
volebant. **E**t autem impleti
sunt: dixit discipulis suis. Col-
ligite que superauerunt fra-
gmenta: ne pereant. **C**ollege-

runt ergo: et impleverunt duo
decim cophinos fragmento-
rum ex quinque panibus or-
deaceis. que superfuere hīs
qui manducaverāt. **I**lli ergo
homines cum vidissent quod
fecerat signum: dicebāt. Quia
hic est vere propheta: qui ven-
turus est in mundum. **Off.**

Laudate dominum quia benignus
est psallite nomini eius quoniam
suavis est omnia quecumque voluit
fecit in celo et in terra. **Secreta**

Sacrificijs presentibus do-
mine quesumus inten-
de placatus. ut et deuotioni
nostre proficiant et saluti. **P**

Communio. **I**erusalem que edi-
ficatur ut ciuitas cuius participa-
tio eius in idipsum illuc enim a-
scenderunt tribus tribus domini
ad confitendum nomini tuo do-

Anobis **Post cō.** mine:
Omisericos deus: ut san-
cta tua quibus incessanter ex-
plemur. sinceris tractemus ob-
sequijs: et semper fidei men-
te sumamus. **P**er dominum

Seria secunda ad sanctos qua

Oeus in **tuos coronatos**
nomine tuo saluum me fac
et in uirtute tua iudica me deus ex-
audi orationem meam. **ps.** **Q**uo

niā alieni insurrexerūt ī me: et for-
tes quesierūt animā meā. **Lolt.**

Resta q̄s om̄ps de?: vt
observatiōes sacras an-
nua deuotiōe recolentes: et
corpe tibi placeam? et mēte. p.

In dieb; illis. **Lectō libri regū**

Ilis Venerūt due mlieres me-
retrices ad regē salomonem:
steterūtq; coraz eo. Quarum
vna ait. Obsecro mi domine
ego et mulier hec habitabam?
in domo vna. et peperī apud eā
in cubiculo. Tertia vero die
postq; ego peperī: pepit et hec
Et eramus simul: nullusq; a-
lius ī domo nobiscū. exceptis
nobis duabo. **M**ortuus est
aut filius mulieris huius no-
cte: dormiēs quippe oppressit
eum. Et consurgens in tem-
pesta nocte silentio: tulit filiū
meū de latere meo ac ille tue
dormientis. et collocavit in si-
nu suo. **E**uū autē filium qui
erat mortuus: posuit in sinu
meo. **L**unq; surrexissem ma-
ne vt daret lac filio meo: ap-
paruit mortuus. **Q**uem dili-
gentius intues clara luce: de-
prehendi non esse meuz quē
genueram. Responditq; alte-
ra mulier. **N**on est ita. sed fi-

lius tuus mortuus est. meus
autem viuit. **E**contrario illa
dicebat. **A**dentiris. **F**ilius
quippe meus viuit: et filius
tuus mortu? est. **A**tq; in hūc
modum contendebant coraz
rege. **T**unc rex ait. **N**ec dicit
filius meus viuit. et filius tu-
us mortuus est: et ista respon-
dit non. sed filius tuus mor-
tuus est. et filius meus viuit
Dixit ergo rex. **A**fferte mihi
gladium. **L**unq; attulissent
gladium coram rege: ait. **D**i-
uidite infantem viuū: in
duas partes: et date dimidi-
am partem vni. et dimidiam
partem alteri. **D**ixit autem
mulier cuius filius erat viu?
ad regem: cōmota sunt quip-
pe viscera eius super filio suo
Obsecro mi domine: date il-
li infantem viuū. et nolite
interficere eum. **E**contrario
illa dicebat. **N**ec mihi nec ti-
bi sit: sed diuidatur. **R**espon-
dit rex et ait. **D**ate huic infā-
tem viuū et non occidatur
hec est enī mater ei?. **A**udiuit
itaq; omnis israel iudiciū
quod iudicasset rex: et timue-
runt regem videntes sapien-
tiam dei esse in eo: ad facien-

dum iudicium. **Ex.** Esto mihi in deum protectorem et in locum refugium ut saluum me facias. **R.** Deus in te speravi domine non confundar in eternum. **Secundum iohannem.** In illo tempore: Prope erat pascha iudeorum: et ascendit ierosolimam iesus. Et inuenit in templo vendentes boues et oues et columbas: et numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oves quoque et boues: et numulariorum effudit es. et mesas subuertit. Et his qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Quid signum ostendis nobis quia hec facis? Respondit iesus: et dixit eis. Vultis templum hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc: et tu tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de

templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture: et sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset ierosolimis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius que faciebat. Ipse autem iesus non credebatur semetipsum eis. eo quod ipse nosset omnes: et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Off. Jubilate deo omnis terra seruite domino in leticia intrate in conspectu eius in exultatione quia dominus

Oratio. **Beate.** ipse est deus. **O.** mni tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. **R.** **Oratio.** Ab oculis meis munda me domine et ab alienis parce seruo tuo. **Post co.**

S. Imptis domine salutaribus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum

Oratio. **Super populum.** **O.** cationem nostram quesumus domine benignus exaudi: et quibus supplicandi pre-

stas affectum: tribue defensi
onis auxilium. **Ps. Feria ter-**
tia ad sanctum laurentium in

Eraudi deus orationem meam. **Damasum.**
rationem meam et ne despe-
retis deprecationem meam intende
in me et exaudi me. **Psalmus.**

Contristatus sum in exercitatione
mea et conturbatus sum a uoce
inimici et a tribulatione peccatoris.

Sacris no **Loll.** **S**ta patri
bis quesumus domine
observationis ieiunia et pie
conuersationis augmentum
et tue propitiationis continu-
um prestant auxilium. **Ps. do-**
minum nostrum iesum chri-
stum filium. **Lectio libri exodi.**

In diebus illis: Locutus
est dominus ad moysen. di-
cens. Descende de monte: pec-
cauit populus tuus quem e-
duxisti de terra egypti. Reces-
serunt cito de via quam oste-
disti eis: feceruntque sibi vitu-
lum conflatilem et adorauer-
unt. atque immolantes ei ho-
stias dixerunt. Isti sunt dii tui
israel: qui te eduxerunt de ter-
ra egypti. Rursumque ait do-
minus ad moysen. Terno quod
populus iste dure cervicis sit:
dimitte me ut irascatur furor

meus contra eos et deleam
eos. faciamque te in gentem
magnam. **Moy**ses autem:
orabat dominum deum su-
um dicens. **Q**ur domine ira-
scitur furor tuus contra popu-
lum tuum quem eduxisti de
terra egypti in fortitudine ma-
gna et in manu robusta. **N**e
queso dicant egypti: callide
eduxit eos ut interficeret in
montibus: et deleat de terra
Quiascit ira tua: et esto pla-
cabilis super nequiciam popu-
li tui. Recordare abraam. ysa-
ac et israel seruatorum tuorum
quibus iurasti per te metipsum
dicens. **M**ultiplicabo semine
vestrum sicut stellas celi: et
universam terram hanc de
qua locutus sum dabo semini
vestro. et possidebitis eam
semper. **P**lacatusque est domi-
nus ne faceret malum quod
locutus fuerat: et misertus est
populo suo: dominus deus no-
ster. **Graduale.** **E**xurge domi-
ne fer opem nobis et libera nos
propter nomen tuum. **V.** **D**eus
auribus nostris audiuiimus pa-
tres nostri annunciauerunt nobis
opus quod operatus es in diebus
eorum in diebus antiquis. **Be-**